




PALAEASTRA LATINA



SUMMARIUM

PIO - PAPAE - XI.

Lectores humanissimil. (E. Jové).

Hymnus Vergilianus. (H. Martija).

Vergilius, non Virgilius. (E. Jové).

CONLOQUIA IN SCHOLA: Dissentis scholae
ris (M. A.)

NOVA ET VETERA: Italia (J. González).

CURSUS GYMNASISTICUS: Prologus (M. López).

EXERCITATIONES SCHOLARES.

PER ORBEM. (A. M.)

BIBLIOGRAPHIA. (F. X. Surribas).

In operculis: Ludite in PALAEASTRA, pueril

Ludite in PALAESTRA, pueri!

Ne qui contendere cupiant in PALAESTRA pueri, armis destituti videantur, singulis mensibus in his operculis narratiunculas vertendas obferemus. Poterunt et ipsi alia quaerere themata quibus in latine scribendo sese exerceant. Eas tantum scriptiunculas inter exercitationes scholares inseremus quae consuetudini Latinae magis respondebunt. Admittemus etiam a Palaestratis poëtarum Latinorum interpretationes vinclo sermone expressas.

El alcalde y los panaderos

Cierto día se presentó (1) una comisión del gremio de los panaderos al alcalde de una ciudad, solicitando el correspondiente permiso para encarecer (2) el pan. Cuando los comisionados (3) hubieron expuesto a la autoridad sus deseos y se disponían a marchar (4), dejaron disimuladamente sobre la mesa una bolsa bien repleta de onzas de oro, pensando que el precioso metal abogaría en favor de sus pretensiones (5) mucho mejor que las razones más rebuscadas.

Pasados algunos días, volvieron los panaderos para informarse de la resolución del alcalde, bien convencidos (6) de que el oro había producido (7) el efecto (8) que apetecían. Pero, cuál no sería su sorpresa (9) al escuchar de boca de la autoridad (10) las siguientes palabras: «Señores (11), he considerado sus razones con criterio de justicia (12) y no las he encontrado de bastante peso, no me parece conveniente hacer sufrir (13) a toda una población un alza de precio (14) injustificada.

En cuanto a la bolsa que aquí dejaron en nuestra última entrevista, les participo que he repartido su contenido (15) entre los hospitales de la ciudad, entendiendo que sería ése el objeto a que Vds. lo destinaban. Y finalmente, no creo que al mantener los precios corrientes (16) se les occasionen pérdidas (17) cuando (18) pueden hacer limosnas tan espléndidas.

(1) *constituere se coram.* (2) *reddere panem ca-*
riorem. (3) *legati.* (4) *ad iter.* (5) *facere pro votis.*
(6) *persuasi.* (7) *efficio.* (8) *id quod.* (9) *quaenam*
fuit eorum admiratio. (10) *praetor.* (11) *equites.* (12)

Los Santos Ángeles

Estos son, Dios mío, los centinelas que velan sobre los muros de esa vuestra Jerusalén pacífica; son los montes que la cercan, los guardas que nos defienden, los ciudadanos de esa bienaventurada ciudad, nuestra madre, que Vos enviáis para bien de aquellos que han de ser herederos de vuestra gloria y alcanzar el premio de la salud eterna; éstos son los que nos aman como a compañeros de su gloria, los que a todas horas y en todos los lugares nos amonestan, esfuerzan, protegen y socorren en todas nuestras necesidades; los que discurren y son medianeros entre Vos y nosotros, ofreciéndonos nuestros suspiros, lágrimas y oraciones y alcanzándonos vuestra gracia y bendición.

Nos ayudan cuando trabajamos, nos guardan cuando descansamos, nos animan cuando peleamos, nos coronan cuando vencemos, se compadecen cuando padecemos por Vos y se alegran cuando nosotros nos gozamos en Vos.

P. PEDRO DE RIBADENEIRA.

Fléchier

Le célèbre orateur Fléchier, évêque de Nîmes, était le fils d'un fabricant de chandelles. Un prélat de cour, tout fier de sa naissance, fit sentir un jour à l'évêque de Nîmes qu'il était fort surpris qu'on l'eût tiré de la boutique de ses parents pour le placer sur le siège épiscopal. Fléchier, sortant à regret de sa simplicité et de sa modestie ordinaires, répondit à son noble confrère: «Avec cette manière de penser, Monsieur, il est probable que si vous étiez né dans la même condition que moi, vous seriez encore fabricant de chandelles.»



Palaestra Latina

MENSTRUUS DE LATINITATE COMMENTARIUS

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 6 pessetarum in Hispania, 7 in America et 8 in reliquis civitatibus. Premium mittatur oportet ad Administratorem: CERVERA (Lérida) - Universidad - España.

PIO - PAPAE - XI

SVMMO - TOTIVS - ECCLESIAE - MAGISTRO
LITTERARVM - LATINARVM - EXIMIO - FAVTORI
EIVSDEM - SACERDOTALIS - VNCTIONIS
QVINQVAGESIMO - DECEDENTE - ANNO
ITALA - CVM - GENTE - CONPOSITA - PACE

PALAESTRA - LATINA

NVNC - FORES - GENEROSA - PANDENS
OBSEQVIVM - AMOREM - OBSERVANTIAM - TESTATVR

LECTORIBVS - VNIVERSIS

QUI - LINGVAM - LATINAM - CVPIVNT - VBIQUE - FLORENTEM
EVM - IN - FINEM - EX - OMNI - PARTE - PRAECLARVM

PUBLII - VERGILII - MARONIS

ANNO - A - NATIVITATE - BIS - MILLESIMO - RECURRENTE
SEDVLO - STVDIO - SE - PRAEBET - LEGATAM

LECTORES HUMANISSIMI!

Salutem jam a principio propitiam nobis atque vobis nuntiamus. Ecce novissimae Palaestrae januas hodie publico pandimus, quae in posterum non Palaestritis modo remanebunt perviae, sed iis quoque qui in ludis litterariis delectantur. Et quidem in ludis litterariis «quo tantum populus numerabilis, ut pote parvus, et frugi castusque verecundusque solitus est coire. Indoctus quid enim sapere?» Attamen vos, qui jam a teneris annis artam cum libris amicitiam junxitis atque optimae Latinitatis auctoribus non inviti vacastis, ex creba in harenis tironum magistrorumque contemplatione magnam voluptatem capietis; quin immo interdum speramus fore ut fervore animi in luctatorum partes attracti, atletas fieri vos quoque decernatis.

Ecquid nobis jucundius, quidve optatius? Nostra sane memoria cum hominum malitia, conscientia quidem et vafra, quaquaversum permanavit, pugnandi arte in vitia prorsus est opus, et quo confertissimum erit bonorum idemque peritorum agmen, eo amplior patebit in campo veritatis triumphus. Certo constat eos qui palaestrae dabant operari atque magnitudini virium inserviebant non id solum esse adsecutos ut luctando adversarium deprimerent, sed ut in aliis etiam actionibus membra decenter ac corpus moverent, apteque ad omnia gestum conponerent. Sic profecto fiet his qui in PALAESTRAM LATINAM descenderint decertandi consilio. Excusso animi torpore mens quoquaversus agitabitur, in se ipsa reflectetur donec intellectus deveniat gladius utraque parte acutus quo et pravos conficiat mores et bonos excitet ubique terrarum. Is igitur scopus noster, ea mens, idconsilium.

Quibusnam pateat Palaestra

Primit omnium magistris, qui in litteris Latinis haud parum versati, nusquam tamen hujusce artis per scriptio[n]em exercendae reperiebant locum, quo quidem fiebat saepicule et legibus grammaticalibus pleni, immo et saturi, nihilo minus in necessitate sensa sua Latine patefaciendi verborum inopia laborarent. Cujus quidem rei quanta sit utilitas auctorem habemus Ciceronem: «Nulla res, inquit, tantum ad dicendum proficit quantum scriptio». (Brut. 37,24)

Veniant igitur ad nos doctores, qui in Academijs quarumque gentium humanarum litterarum abditas tradunt notiones ut eas in

juvenum mentes insinuent. Veniant nobiles illi Professores quibus obtigit in Lyceis exquisitas cultioris styli Latini docere lautitias. Veniant Praeceptores qui in Seminario quasi in foco Latinitatis ignem jugiter confovent, qua quidem re suam apud alumnos auctoritatem amplificabunt. Veniant tandem omnes quibus lingua Latina cordi est, eo quod jucundissimum illius melos auribus aliquando percep- runt atque sapidissimo ejusdem melle labia oblectarunt.

Hi tamen omnes ad Palaestram docturi procedent et juventutis hortatores erunt atque impulsores. Puberes vero quorum sanguis fervens in corpore exaestuat atque in animo infinitae agitantur species nobilesque conatus, arma capient etiam in manus ut in pugnis, hodie levibus, vires adsumentes, aetate virili sciant Stae. Matris Ecclesiae inimicos passim profligare.

Sed neque pueris deerit locus, quibus semper aliquae pagellae reservabuntur ubi laborum suorum primitias ostendemus, quas praemii ergo ad nos pervenire fecerint praceptores. Eos insuper uno ephemeridis exemplo donabimus numeri in quo lucubrationem aliquam editam habuerint. Nonne talibus adlectis stimulis ex Seminariis, ex Lyceis, ex aliis quibusque conlegiis, plures accendent adulescentuli, ii nempe qui Magistrorum sunt et gaudium et ornamentum?

Utinam auspiciis undequaque secundis Palaestrae Latinae Vergilianum inire liceat annum in hoc Hispaniarum solo tam semper viris litteratis florido qui aut in scriptoribus Romanis imitandis erant versatissimi, aut certe aquis classicae Latinitatis adeo exhibebantur imbuti ut eosdem, vel nostram linguam loquentes, Tiberina fluenta vocares ex aureae aetatis fontibus ad nos usque dimanantia.

Ita prorsus ominamur fore, Deo favente et Bta. Deipara, quibus jam inde ab initio nos laboresque nostros ultiro vovemus.

EMMANUEL JOVÉ, C. M. F.

Palaestrae Latinae Moderator.

Si in quopiam homine laico, qui quidem sit tinctus litteris, Latinae linguae ignoratio quemdam amoris erga Ecclesiam languorem indicat, quanto magis omnes clericos, quotquot sunt, decet ejusdem linguae satis gnaros esse atque peritos! (Pius Papa XI, Epist. Apost. «Officiorum omnium» aug. 1922.)

Hymnus Vergilianus

O mihi tum longe maneat pars ultima vitae,
Spiritus, et quantum sat erit tua dicere facta
(Verg. ecl. IV, 53, 54.)

Exspectata diu venit mortalibus aetas,

Sibylla quam praedixerat

Numine flata sacro.

Ecce orbem pax alma beat, nec bellicus ensis

Fulgebit usquam, pallida

Mors et in antra fugit.

Jam caelum terramque amplexu juncta supremo

Contemplor, et magnum Ducem:

Jam prope lumen adest...

O, salve, prolem Virgo paritura supernam

Quae cuncta scaepstro provido

Diriget emperia.

Non novi te, sed video piae sole coruscam

Et pulchriorem sidere

Mane ferente diem.

Ille ego, quem populus triplici ornavere corona

Vatumque Romae principem

Alma Camoena dedit,

Pastores cecini, rura heroasque ducesque:

At... quid profana carmina?

Num sacra, Musa negat?

Plurima quae vatis cingunt mea tempora certa

Tibi libenter obfero:

Tu leve munus habe.

O mihi tum longe maneat pars ultima vitae

Ut Filii victorias

Et tua gesta canam.

Ipse sequar currum victoris, iisque triumpho

Cantabo qualis Orpheus

Pectine cuncta trahiens.

In citharae chordis haec verba inscripta nitescunt

«Canto Parentem Virginem

Progeniemque Dei».

Henricus MARTIJA ALFARO. C. M. F.

Vergilius, non Virgilius

Velim in primis quaestio haec nemini videatur hodierna aut hesterna, sed neque nupera. Clarus ille Pierius qui medio saeculo XVI doctissimos inter enituit, tunc temporis jam dicebat: «argumentum hujusmodi. *i* an *e* sit hujus nominis (Vergilii) vocalis prima, litteratissimis illis qui superiore aetate claruere viris, haud parum negotii facessit.»⁽¹⁾

Ab eo autem tempore usque ad nostram memoriam nemo fere philologus de ea quaestione reticuit, ita tamen ut initio in duas factiones dispergit, hodie qui a «Vergilio» sunt campum omnino tenent. Ad eos non equidem inconsulti, sed rei veritate conmoti, sumus etiam adducti.

Igitur cum jam a primo PALAESTRAE LATINAЕ numero in «Vergilium» lectores nostri crebro sint offensuri, non alienum visum est strictim saltem eis argumenta aperire, quibus res est a philologis extra dubium posita.

Argumentum, quo tanquam Medusae capite stabiliebantur adversarii, refellere primum conabor.

Pierius supra laudatus contrariae sententiae dux et antesignanus: etimon a «virga» — inquit — sive a «virginali» specie unde illi (Maroni) tam celebre nomen «Virgilius», per *i* scribi debere videtur.⁽²⁾

Modestiae an errandi timoris in homine peritissimo haec ultima sint verba, non satis compertum habeo. Attamen parum fidisse credo eum fabulis illis, quas narrant veteres, ut de poëtae Mantuani nomine rationem reddant atque cum Carolo Ruao arbitror esse suspicatum tale nomen non aliunde Maroni promanassem quam a patre atque majoribus, namque ante Maronem natum apud Romanos exstitisse jam «Vergiliorum» ac «Verginiorum» familias certissime constat. Praeterea ut acute animadvertis Ruaeus, si juxta illas, quae narrantur, fabellas divino vati accessisset nomen, non secundo loco sed tertio, quae cognominis sedes est, appellandus fuisset «Publius Maro Virgilius». ⁽³⁾ Si autem a majoribus suum generis nomen sortitus est, illud non a «virga» neque a «virgine», sed a «verga» vel a «vergine» mutuatum esse necesse est. Nam cum primum in Romanis «Vergiliorum atque Verginiorum» gentes adparuerunt, «virga» erat «verga» et vicissim «virgo», «vergo». Evolvebatur quidem in dies Latina lingua et «verga» et «vergo», «virga» et «virgo» apud doctos devenerunt, dum cognomina illa gentilicia evolutioni restiterunt, tunc quod in ore essent omni populo, quem flectere in suis institutis difficultum est, tum praesertim quod non facile hodieque cedat quisquam de nomine ab avitis parentibus accepto.⁽⁴⁾

Ad haec autem accedit quod omnia operum Latinorum principis poëtarum manuscripta quae exstant, «Vergilium» habeant non «Virgilium». Neque aliud praebent inscriptiones omnes a saeculo secundo ante Christum natum usque ad tertium post Christum; contra quas nihil obstant paucae illae data carentes quae «Virgilium» ita produnt ut nec semel certo «Virgilius» inveniatur ante lapsae Latinitatis tempora.⁽⁵⁾

(1) **Pierius:** Com. in IV Georgicon librum ad illud: *Ilo Vergilium me...* — (2) Id. ib. — (3) **Ruaeus:** *Vergili Opera Omnia* in prologo — (4) **Ritschl:** *Opuscula Philologica*, p. II-779 sqq. — (5) Id. ib.

Adlatum saepe est contra propugnatam a nobis sententiam epigramma laudatorium Graecum monumenti Claudiano poëtae facti, in quo Graecanicis characteribus Βίργιλοι legitur.⁽¹⁾ Attamen quis nesciat ante finitum saeculum IV inscribi non potuisse? Tradit aliam inscriptionem Orellius per *i* ex tempore Octavii, quam Muratori emendavit atque per *e* exarari debuisse conmostrat.⁽²⁾ Neque infirmatur thesis nostra a Prisciano Grammatico qui «*Virgilium*» semper habet, nam praeter quam quod suas de Arte Grammatica Institutiones scripsit currente saeculo VI, quo ex tempore ac deinceps plura inveniri monumenta concedimus quae «*Virgilius*» ac «*Virginios*» produnt, arbitramur tamen, eum rem fecisse rationi obsequendo magis quam usui. Credebat homo nomen vatis provenisse a «virgula» sicut «*Silvius a silva*», cuius rei testimonium sunt illa verba: a nominibus derivata servant ante «*ius*» primitivorum suorum consonantes.... ut «*servus servi, Servius*», «*servilis, Servilius*», «*agellus-agelli* Agellius», «*silva Silvius*», «*virgula Virgilius*»...⁽³⁾ Attamen quam parum valeat hujusmodi ratiocinatio initio jam perpendimus, cum de «*verga*» inmediate procedere non de «*virga*» probabamus.

Atque etiam ex cadente et lapsa Latinitate non desunt documenta quae «*Vergilius*» traditionem ad nostra usque tempora perducant.

In *Pandectis* enim illis quae Florentiae adservantur, libro ipso Justiniani Principis, ut creditur, archetypo non aliter quam per *e* nomen illud notatur. Idem obferunt *Interpretationes Vergilianae* Tiberii Claudi Donati grandioribus exaratae characteribus;⁽⁴⁾ ille autem saeculo V vixit.

Hac nostra aetate, ut *Vergilius* bis millesimum annum historico quasi lapide signent Itali, codicem, *Romanum* nomine, unum omnium pretiosissimum atque antiquissimum, iterum producere constituerunt in quo et *Vergilius* passim per *e* scribitur,⁽⁵⁾ neque secus praestat *Mediceus* aliquatenus, ut creditur, posterior cujus haec sunt verba:

Turcius Rufius Apronianus Asterius V. C....
Legi et distincxi codicem Fratris Macharii V. C....

P. Vergili Maronis.⁽⁶⁾

Sic postea alii atque alii codices hujus atque illius auctoris aetatibus subsequentibus.⁽⁸⁾ In Suidae *Conlectaneis* saec. IX in lucem editis etiam legitur in dictione *Appianus*. Quis vero audeat serio adfirmare eos omnes codices, eas omnes inscriptiones, ea omnia manuscripta fataliter esse mendosa vel vitiata?

Praetereamus jam aevum medium quod parum vel nihil in utramque partem attulit atque ad eorum hominum conatus veniamus qui tempore renatus splendorem Latinitatis exsuscitarunt. Quos inter familiam utique dicit clarissimus Politianus qui Bartolomaeo Scalae, sua laudi maxime inviso, per litteras ita loquebatur; «diu vero ista, qualiacumque sint, non juventus modo nostra sed et Doctores plerique pronis auribus acceperunt, ut nec Landinus ipse, praceptor olim meus, nunc autem utriusque nostrum conlega, magnae vir in litteris et auctoritatis et celebritatis, aliter jam pronuntiet quam «*Vergilius*». ⁽⁸⁾

(2) **Cellarius:** *Orthographia Latina*, edit Antenburensi, t. I. — (2) **Ritschi:** Loco cit., ut supra — (3) **Kell Grammatici Latini - Prisciani Institutiones** IV, 31. — (4) **Manutius:** De *Orthographia in dictione «Vergilius»*, — (5) Id. ib.; *Revue d'études latines*. 7, Année, fasc. III - En marge du *Romanus de Virgili*, — (6) **Cellarius Orthographia novissima** II; 1. — (7) **Manutius:** Loco ut supra. — (8) **Politianus:** *- Epistularum libr. V.*

Quis itidem Erasmi Rhotterodami auctoritatem neglegat, qui teste Heumannio «*Vergilium*» etiam scripsit?⁽¹⁾

Ursinus certe genti Vergiliae tribuit hanc nummorum quorundam scriptionem: **OGVL. VER. CAR.**⁽²⁾ Aldus autem Manutius qui in opinionem contrariam vergit, obfert tamen in sua Orthographia pretiosam Pontificum seriem, Sutrii inventam, eorum nempe qui in templo maximo servierant quorum prius nomen est cujusdam «C. Vergili». ⁽³⁾ De Orthographia etiam «*Vergilii*» scripsit singularem commentarium Costellio, teste Toppio.⁽⁴⁾

Hanc etiam scripturam propugnat Caelius Rhodiginus in Antiquarum Lectionum libro VII.⁽⁵⁾ Orellius ipse, quem supra diximus inscriptionem vitiosam edidisse ad aetatem Auguestam pertinentem, quique in editione sua omnium M. T. Ciceronis operum «*Vergilium*» semper adhibuit, in Onomastico tamen quod est ad operum finem scripsit; «*Vergilius* sive *Virgilius*; apud Ciceronem prior scriptio videtur praferenda». ⁽⁶⁾ Huic etiam sententiae adstipulatur Fruend in suo celeberrimo Dictionario ad *Vergilium*: in manuscriptis, ait, scriptum invenitur «*Vergilius*». ⁽⁷⁾ Despauterius qui utramque tradit sententiam addit semper placuisse antiquariis «*Vergilium*»; ⁽⁸⁾ antiquarii autem sunt qui codices vetustos describunt. ⁽⁹⁾ Cellarius qui a Virgilianis stare videtur probat «*Virginiam*» et subdit: «iis autem in primis probatur (*Virginia*) qui et «*Vergilius*» scribendum contendunt.» Sebastianum Corradum non adferam quasi hujus sententiae ad assertorem sed quasi aliorum plurimorum testem qui in vita P. Vergili Maronis sic loquitur: «Ut igitur Οὐεργίλιος Graece sic a multis «*Vergilius*» latine scribitur.⁽¹⁰⁾

Quid tandem memorem recentissimas Latinorum scriptorum editiones, Teubnerianas, Vindibonensem, Catalaunicam Fundationis Bernat Metge? Quid recentiores scriptores Wagner, Müller, Ritschl, Herder, Heinigen, Ribbeck, Sommer, omnes hujus nostrae aetatis clarissimos viros qui de re philologica Latina quidquam noverunt? Ottonis Ribbeck sunt haec verba: «Ante hos quadringentos prope annos Angelus Politianus in Miscelaneis verum docuit. Quod et titulis tam liberae reipublicae quam priorum post Christum saeculorum omnibus fere et codicum antiquissimorum fide et Graecorum scriptorum, qui Οὐεργίλιος et Βεργίλιος scribere solent, consuetudine satis superque confirmatur».⁽¹¹⁾

Hujus tandem orationis jam prolixioris finem facio id verum esse statuens: quemadmodum primis nostrae institutionis annis nihil unquam praeter «*Vergilium*» audiveramus, sic postea cum proprio Marte in litteras Latinas incubuimus apud viros Latinitate conspicuos «*Vergilium*» duntaxat usu venire videmus, quod non parum est patefactae veritatis argumentum.

Quod si tu, suavissime lector, «*Vergilium*» mavis, — dicam cum Politiano — non clamo flagitium te facere; quid enim mea id refert? Non te scilicet docendum suscepi, sed Florentinam (dic Hispanicam) juventutem.⁽¹²⁾

EMMANUEL JOVE, C. M. F.

(1) **Cellarius:** In dictione «*Virgilius*». — (2) Id. — In dictione «*Virginiam*». — (3) **Manutius:** De Orthographia in dictione Apulia. — (4) **Cellarius:** Orthographia Vol. I in dictione «*Virginiam*». — (5) **Minutius:** Loco ut supra. — (6) **Orellius:** M. T. Ciceronis Opera Omnia; Vol. iiii. — (7) **Gran Dictionnaire de la langue latine.** — (8) **Despauterius:** Commentaria Grammatica - Orthograph. II. - De litterarum cognitione. — (9) **Forcellinus:** Lexicon totius Latinitatis - Vide «*Antiquarius*». — (10) **Corradus:** In vita «*Vergili*», que est initio in editione Minelli. — (11) **Llobera:** Grammatica Clas. Latinit. p. 197. — (12) **Politianus:** Epistularum libr. V.

Conloquia in schola

Dissentio scholaris

Personae: VINCENTIUS, THOMAS,
MICHAËL

- V. — (Cogitabundus) *Spondeo te quid ego cogitem, divinare non posse.*
 T. — Adeo multa cogites! *Carmen fortasse die crastino tibi recitandum.*
 V. — *Quadamtenus attigisti; at non est istuc.*
 T. — *Quid ergo est? Eloquere tandem.*
 V. — *Quidquam cum eo habet, cui incumbimus in aula Latinitatis. An nescis Vergili bis millesimum Nativitatis annum hoc autumno recurrere celebrandum?*
 T. — *Non venerat in mentem. Cum Latinatus aulam meministi de uno Cicerone, Oratore Romano recordatus sum. Male habeat his qui velint cum eo se conferri. Si quidem mihi cum primam in Catilinam orationem lego sanguis in pectore feroel; quid tandem si ipsum pro rostris vidarem audiremque fluminis eloquentiae concentrum fortissimis argumentis ab ejus ore manantem? Quid? Nullus certe, meo quidem iudicio, ei similis invenitur.*

V. — *Nomen ejus perpetuo esse celebrandum non dubito in historia litterarum Latinarum. Quando autem in rem me vocas, id etiam dico, Vergili poëtae famam nihil minus superstitem esse futuram. Cujus quidem rei Quintiliani nostri testimonium exstat quod pariter laudat utrumque: «Poësis ab Homero et Virgilio tantum fastigium accepit et eloquentia a Demosthene atque Cicerone».*⁽¹⁾

T. — (Aspernante) *Carmina, carmina: ecce vacua sunt verba vel sumnum imagines praeposterae et non cohaerentes.*

V. — *Poësis est et delectare et delectando docere.*

T. — (Dum Michaël ingreditur) *Euge, Michaël!*

M. — *Prospere currant vesperae! At vero incommodum timeo vobis adferre; praestans admodum negotium vos sollicitare videtur, namque animadverto in seria esse mutata joca, quae vestris soleant interesse sermonibus.*

T. — *Ut semper alacres atque laeti. Attamen ad rem; quid animum tuum magis allicit poësis an eloquentia?*

Contienda escolar

Personajes: VICENTE, TOMÁS y
MIGUEL.

- V. — (Pensativo) ¿A que no me adivinas lo que estoy pensando?
 T. — ¡Tantas cosas puedes pensar!.. En la poesía que has de declamar mañana.
 V. — Algo; algo te acercas, pero no es eso.
 T. — Veamos. Hable esa boca.
 V. — Está relacionado con lo que ahora estudiamos en clase de latín. ¿No sabes que este año se celebra el bimillenario del nacimiento de Virgilio?
 T. — No había caído en ello; al indicar la clase de latín, no me ha venido otro nombre que el de Cicerón, el orador romano. ¡Mal año para cuantos con él pretendan compararse! Si a mí sólo con leer la primera oración contra Catilina, me hiere la sangre en las venas, ¿qué sería verle (a él) en la tribuna y escuchar las harmonías de aquel río de elocuencia que brotaba de sus labios, al compás de sus ferreos argumentos? ¡Vamos! para mí, no hay otro como él!
 V. — No dudo que su nombre será siempre celebrado en la historia de la Lengua de Lacio. Pero, pues a ello me incitas, te diré que no vivirá mucho menos la fama del poeta Virgilio. Y aquí el testimonio de nuestro Quintiliano que honra por igual a los dos: «Lo que Homero y Virgilio hicieron por la poesía, Demóstenes y Cicerón lo han hecho por la elocuencia».
 T. — (En tono despectivo) ¡Poesía... poesía! ¡Juego de palabras huertas, o, cuando más, de imágenes descabelladas e incoherentes!
 V. — Propio de la poesía es divertir para enseñar.
 T. — (Entrando Miguel) ¡Ola, Miguel!
 M. — ¡Buenas tardes! Pero... temo estorbaros; me parece que algún asunto importante os ocupa, pues veo cambiada en seriedad la jovial expansión que suele presidir nuestras conversaciones.
 T. — Tan contentos como siempre: Pero a propósito ¿qué te atrae más a tí, la poesía o la oratoria?

(1) *Juat. Orat. lib. XII, 11, 26.*

M. — *Attate! Me quidem inparatum oppresisti.*

T. — *Atqui Vincentius ait bis millessimum hoc autumno celebrandum recurrere annum ab Vergilius natalicio. Dixi ego plurimum valere non poësim sed eloquentiam; atque Ciceronis vocis imaginem Vergilius famam, non ita claram, extinguere posse.*

M. — *Homo. ne quid nimis. Plures enim pariter in uno eodemque famae templo laudem cultumque recipient. Immo nisi in partem verba mea accipiatis ipse arma in certamen conferam atque in philosophia præcipuum studium meum esse adseram nihilque Ciceroni detrahens, nihilque Vergilio, meo quidem judicio, utroque dignior est imitatione Seneca meus, philosophus.*

V. — *Qui et Hispanus est, nonne? ut omne ferat punctum.*

M. — *Scripsit ille quidem sententias christiani nominis dignissimas.*

T. — *Male mihi cum poëtis; sed de philosophis, id quidem obsoletum sapit.*

M. — *At philosophia magistra est vitae.*

T. — *Magistra vitae... Philosophus fuit Seneca atque se ipse occidit.*

M. — *Alium projecto finem expostulabat sua magistri Imperatoris doctrina. Attamen orator Romanus, nonne fuit etiam sicae ultricis victima in secundo triumvirato? Neque Vergilium secuta est melior fortuna qui scriptum reliquit; Disce, puer, virtutem ex me verumque labore, fortunam ex aliis.*⁽¹⁾

V. — *Quid tandem? Eisi hoc ita sit, numquid ignoratis praestantissimos viros raro, dum vixerint, fuisse remuneratos? Sodales! Ne sit contentio fructus agri pace semper inrorati. Cicero, Seneca, Vergilius erunt fama supersites laude redimiti in litterarum Latinarum fastis. Quando antem hic annus bis mille-narius est a nativitate Publii Vergili Maronis cuius nos interpretamur opera, aequum est memoriam admiratio-nemque tribuere eclogarum, georgi-corum, Aeneidis auctori. Quod si, ut recte dicitis vos, neque orator, neque philosophus viam celebritatis amisit, studia nostra assiduo atque ardenter evolvamus et poëtica et oratoria et phi-losophica; serius ocius tempora nostra cinget triumphus.*

T. e! M. — *Audentes fortuna juvat.*

(1) Aen. XII, 435.

M. — ¡Caramba! Me has cogido de sopetón.

T. — Es que dice Vicente que este año se celebra el bimilenario del nacimiento de Virgilio y le he contestado que a mi ver lo importante no es la poesía, sino la oratoria, y que el eco de la voz de Cicerón apagará la débil voz de la fama de Virgilio.

M. — ¡Hombre, nequid nimis! Que muchos pueden a un tiempo recibir culto en el templo de la fama. Pero si no me lo tomáis a mal, también yo echaré mi cuarto a espadas, afirmando que tengo mis simpatías por la filosofía y que sin querer quitar nada a Cicerón ni a Virgilio, es más digno de imitación Séneca, el filósofo.

V. — Que para que no le falte nada, es también español, ¿verdad?

M. — El escribió como filósofo, sentencias dignas del Cristianismo...

T. — Mal me avengo con los poetas, pero eso de filosofía me sabe a rancio.

M. — Si es ella la maestra de la vida.

T. — Maestra de la vida... Filósofo fué Séneca y Séneca se suicidó.

M. — Otro fin ciertamente pedían sus enseñanzas como maestro de un emperador. Mas ¿no fué el orador romano víctima del puñal vengativo del segundo triunvirato? Ni creo persiguiera la buena ventura a Virgilio cuando escribió *Disce, puer, vir-tutem ex me verumque laborem fortu-nam ex aliis.*

V. — ¡Pues, que! Aunque esto fuera así, ¿ignoráis que los genios raras veces son recompensados en vida?

Compañeros! No sea la discordia fruto de un campo rociado siempre por la paz. Cicerón, Séneca y Virgilio vivirán por siempre orlados de gloria en los fastos de las letras latinas; pues este año se celebra el bimilenario de Virgilio, cuyas obras estamos traduciendo, justo es dediquemos un recuerdo de admiración al autor de las Eclogas, de las Geórgicas y de la Eneida. Y si, como muy bien decis vosotros, ni al orador, ni al filósofo les han tomado el camino de la celebridad, desarrollemos constantes y ardorosos nuestras aficiones poéticas, filosóficas u oratorias, que el triunfo tarde o temprano coronará nuestras sienes.

T. y M. — De los osados es la victoria.

M. A. C. M. F.

NOVA ET VETERA

ITALIA.—Paeninsula est Europae australis inter Alpes a septentrione, fretum Siculum a meridie, mare Adriaticum et Jonium ab oriente et Tyrrenum ab occidente. Varia illi pro locorum diversitate vel situ vel gente vel origine vel extensione nomina fuere; nuncupata est enim: Hesperia, Ausonia, Saturnia, Oenotria, Tyrrenia, Graecia Major, cet.

EXTENSIO.—Non eadem saeculorum tractu. Probabilius videtur Italiae nomen antiquitus ortum esse in parte regionis media australi ac dein usque ad fretum Siculum pervenisse illumque tractum comprehendisse, cujus erant confinia, Tarentum, Paestum, sinus Napetinus et sinus Scylacinus.

INCOLAE.—Incolae antiquiores Italiae quinam fuerint, haud facile scitu; eorum probabilius videtur opinio, qui inter priores huc advenisse putant ex Asia Tyrrenos, quos secuti fuissent Osci, Opici, Umbri, Iberi, Sabini, Siculi... Serius autem Graeci coloniis oras implevere australes et Galli partes septentrionales.


DIVISIO.—Respectu ad incolas cum superiore partem occupassent Galli, inferiorem vero Graeci, prior cis Alpes dicta Gallia Cisalpina, distincta in Transpadanam et Cispadanam; posterior Graecia, dicta discriminis causa, Magna seu Major.

CAPUT.—Fuit Roma, anno 752 a. Chr. condita; post quattuor saecula, quibus varijs Italiae populi pro libertate dimicarunt, universam regionem et per hanc maiorem orbis partem tunc cogniti sibi subiecti, triplici habita regiminis forma, regni, reipublicae, imperii.

ITALIA HODIERNA.—Ut nunc est natio Italica superficiem 322.000 Km. habet et juxta censum anni 1926 sunt illi circiter 40,600.000 incolarum. Dividitur geographice in continentalem, paeninsularem et insularem. Fruges soli praecipuae sunt: textiles, xylinae, sericae, chimicae, petasi ex palea, vinum, oleum, fructus, sulphur, marmor, pastilli alimentarii... Commercium et industria progressus in dies faciunt.


OPPIDA PRAECLARIORA:

Albanum	Albano	Aretium	Arezzo	Brixia	Brescia
Anagnia	Anagni	Ariminum	Rimini	Cajacium	Caiazzo
Andes	Piétola	Beneventum	Benevento	Camerinum	Camerino
Aquila	Aquilea	Bononia	Bolonia	Capua	Capua



<i>Catana</i>	<i>Catania</i>	<i>Mutina</i>	<i>Módena</i>	<i>Sena</i>	<i>Sena</i>
<i>Cosentia</i>	<i>Cosenza</i>	<i>Neapolis</i>	<i>Nápoles</i>	<i>Spoletum</i>	<i>Espoleto</i>
<i>Cremona</i>	<i>Cremona</i>	<i>Ostia</i>	<i>Ostia</i>	<i>Tarentum</i>	<i>Tarento</i>
<i>Faesulae</i>	<i>Fiésoli</i>	<i>Panormus</i>	<i>Palermo</i>	<i>Tergestum</i>	<i>Trieste</i>
<i>Ferraria</i>	<i>Ferrara</i>	<i>Papia</i>	<i>Pavía</i>	<i>Tricaricum</i>	<i>Tricárico</i>
<i>Florentia</i>	<i>Florencia</i>	<i>Parma</i>	<i>Parma</i>	<i>Tridentum</i>	<i>Trento</i>
<i>Gajeta</i>	<i>Gaeta</i>	<i>Patavium</i>	<i>Padua</i>	<i>Triuentum</i>	<i>Trivento</i>
<i>Genua</i>	<i>Génova</i>	<i>Perusia</i>	<i>Perusa</i>	<i>Tusculum</i>	<i>Frascati</i>
<i>Hydruntum</i>	<i>Otranto</i>	<i>Pisae</i>	<i>Pisa</i>	<i>Urbinum</i>	<i>Urbino</i>
<i>Luca</i>	<i>Luca</i>	<i>Ravenna</i>	<i>Rávena</i>	<i>Venetiae</i>	<i>Venecia</i>
<i>Mantua</i>	<i>Mantua</i>	<i>Roma</i>	<i>Roma</i>	<i>Vercellae</i>	<i>Verceli</i>
<i>Mediolanum</i>	<i>Milán</i>	<i>Salernum</i>	<i>Salerno</i>	<i>Verona</i>	<i>Verona</i>

I. GONZÁLEZ, C. M. F,



Mantua ortu natalibusque superbbit Vergili, Poëtrum apud Latinos principis. Natus tamen hic Andibus in vico, hodie Pietola seu Virgilio, altero ab urbe lapide. Hinc Silius Italicus (lib. VIII, v. 594-5):

«Mantua Musarum domu atque sidera cantu
ejecta Andino et Smyrnaeis aemula plectris.»

CURSUS GYMNASTICUS

PROLOGUS

Quamvis ad adsequendam pulcrae illius ac castae orationis facultatem, quam classici qui audiunt auctores redolent, permultum facit ingenii ubertas atque adsidua exercitatio; ratio tamen procul dubio fugit eos qui stili cultioris laudem omnem in iis unice ponendum arbitrantur. Latinorum scripta diurna versantes nocturnaque manu auditores Latinitatis eorum loquendi ratione imbui, vel eam, qua imbuti sunt, ad venustiorem formam evehere melius ac promptius posse, nos longos per annos usus certiores fecit. Quam ob rem,

et quia hunc PALAESTRAE nostrae adsignavimus scopum, ut puerilibus animis ingerat sermonem Latinum dulcibus utilia miscendo, sectionem hanc, perutilem perque dulcem, adstruendam putavimus.

Attamen ad Ciceronis, Livii, Sallustii scripta pueri absque duce adire non possunt. Vocabulorum proprium sensum in lexicis invenire; vocibus ac phrasibus elegantioribus indolem quidem ac linguae gustum adprime patefacientibus, quaenam insit vis ac robur capere tirones minime valent; ad compositionem et constructiones rariores, ad ingeniosa judicia vel acumina aliaque notatu digniora, ad pulcritudinem denique omnem stili Latini, paucissimi, nisi manu ducantur, operam adjicient.

Ad haec omnia, quae plurimis certo scatent difficultatibus, solvenda in CURSU GYMNASTICO, subsidia invenies. Hic vero praecipuos Linguae Latinae auctores ita disponemus, ut quinque cursibus ille ambitus obsolvi et ex prioribus semper animus ad posteriorum intelligentiam praeparari possit.

Primo itaque cursu, Epitomen Historiae Sacrae, fere omnes Phaedri fabulas post Grammaticalia exercitia, evolvendas suaserimus. Hic autem cursus, quia facilior, nostra quidem sententia, praetervehatur oportet. Lectoribus vero, si id desideraverint, libenter obsequemur, et, post quartum finitum, primum adgrediemur.

Emensus hoc iter tiro, aliquibus jam adminiculis ad majora instructus, alterum auspicabitur cursum, quo «De Viris Inlustribus», «De Bello Gallico», «Vitae Inlustrium Imperatorum» et Ciceronis Epistolae, in manibus jugiter erunt.

Qui his cursibus commendantur auctores, ad puritatem pertinent; posterioribus ergo danda opera erit, ut et concinnitatem et elegantiam veterum imitemur.

Nunc autem, lectorum venia, a quarto incipiemos anno, ut Vergiliana nos quoque merita pro virili extollamus. Quarto namque curriculi nostri anno Bucolica continentur atque Georgica Vergiliana, quae primo posita loco lectoribus grato animo accipienda putamus.

M. LÓPEZ DE ZUBIRÍA, C. M. F.



EXERCITATIONES SCHOLARES

Censorinus palaestritis suis

Heus vos, adulescentes optimi! Vos equidem volo; vos qui incerto adhuc pede per aulos Latinitatis ambulatis, qui nominum declinationibus, verborum conjugationibus, variarum enuntiationum adsidua exercitatione malum lusistis, luditisque adhuc. Vester esse amicus jamdiu avebam, idque vobis ostendere quoquo modo exoptabam. Nunc tandem licuit animum meum vobis patefacere.

Sed prius qui vocer et quis ego sim auribus accipite. Susceptores mei in baptismo, aut huic rei non satis intendi, aut certo certius mihi *Censorino* indidere nomen. *Censcrinus* igitur sum bona vestra venia. Floruit quondam anno scilicet salutis 240 Censorinus quidam qui praeter cetera docuit Grammaticam eamque Latinam atque Musicam. Quidquam in hac re illi similis ipse sum. Jam enim aliquot sunt anni cum pueris erudiendis in rebus grammaticis distineor, eosque musicam etiam edocui. si quid musicae habent elegantis sermonis numeri atque modi.

Fortassis alicui nomen meum non adridebit quod male metuat ne quoscumque adripiam alumnos, eos censoria saevitia fractem. Atqui hic satis parum discernere videtur inter Censorem et Censorinum quantum intersit.

Etenim cum *Censor* idem sonet atque castigator, reprehensor, *Censorinus* nihil aliud quam benignitatem et mansuetudinem et hilaritatem in pueros refert, quas quidem dotes prodere in epheborum emolumentum atque institutionem *Censorinus* cum animo suo statuit.

Censorinus igitur benebole quaslibet puerorum lucubrationes recipiet, quas auctorelli edere in PALAESTRA LATINA affectent sive erunt originales, eaeque vel carmina vel conloquia vel epistulae vel articuli quivis, sive in Latinum versiones vel ex Latino in alias linguis, sive etiam locorum poetarum Latinorum imitationes. In versionibus tamen oportebit ad actuariam una cum alumnorum scriptioribus originalia eorum adferre. Ex pluribus lucubrationibus quaedam in publicum edentur, si tamen lectu dignae videantur in hoc commentariolo nostro PALAESTRA LATINA. De aliis quae ad nostras devenient manus quidquam saltem dicemus quo magis animos eorum erigamus ad novas iterum iterumque melius conficiendas.

Protenus in hoc primo PALAESTRAE LATINAE numero, quem ex toto Vergilianum esse constituumus quasdam discipulorum de Vergilio scriptiunculas ponere juvat, ut puerorum scilicet, lectoribus aequi bonique faciendas.

I Italiae descriptio Vergiliana

*Sed neque Medorum silvae dilissima terra
nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus
laudibus Italiae certent, non Bactra neque Indi
totaque turiferis Panchaia pinguis harenis.
Haec loca non tauri spirantes naribus ignem*

I Descripción de Italia

Ya de los Medas las selvas y aquella su rica patria, el Ganges, el dorado Hermo y la fecunda Bactriana y los pueblos de las Indias la del incienso Pancaya, con la bella Italia cesen de compartir alabanzas. Los campos de ésta no araron los toros que ardientes llamas

*invertire satis immanis dentibus hydri.
nec galeis densisque uirum segcs horruit hastis;
sed gravidae fruges et Bacchi Massicus umor
implevere; tenent oleae armamentaque laeta.
Hinc bellator equos campo sese arduus infert;
hinc albi, Clitumne, greges et maxima taurus
victima, saepe tuo perfusi flumine sacro,
Romanos ad templa deum duxere triumphos.
Hic ver adsiduum atque alienis mensibus aestas:
bis gravidae pecudes, bis pomis utilis arbos,
At rabidae tigres absunt et saeva leonum
semina. nec miseros fallunt aconita legentes,
nec rapit inmensos orbes per humum neque tanto
squammeus in spiram tractu se contigit anguis.*

(sequetur)

(Georg. II, 137-155)

2 De Aeneide. Populus Romanus, Graecorum gloriarum aemulus epicum quoque paëma proprium possidere somniavit atque Augustus hujus operis efficientiam Vergilio commendavit. Difficile porro erat, epos enim est historia gentis, quae annalibus caret, atque Roma gloriosam historiam sibi creare cooperat. Sed Vergilius, praeclaro ingenio praeditus, in mentem Iliadam atque Odiseam coëgit, bellicum poëma animo concepit, posteaque cogitationem manifestans praestantis ingenii, scriptum edidit cuius nomen Aeneis est. Quidquid dixerint censores aliqui adverso affectu concitati, stilus cogitationes atque expressionis lenitas Aeneidis id meritum constituent quod auctoris nomen reddiderit inmortale.

Julius DÍAZ, C. M. P.

3 De quarta Vergili Ecloga. In limpida facilitate Vergili bucolicorum, cujusque animus subito invaditur in quarta ecloga adeo mysteriosa ut omnes nisus qui ad nostram memoriam facti sunt

vomitán por sus narices cuando puntas aceradas en tierra clavan cual de hidra; ni soldados con sus lanzas las abundantes cosechas destruyeron en batallas; antes el vino de Máscico, frutas de mucha sustancia y ganados bien lucidos y las aceitunas gratas de lozanía los prados cubren y de exuberancia. Por aquí se ve el caballo que erguido al llano se lanza; por allí nevadas reses y el toro, víctima sacra, que bañándose, Clitumno, en tus cristalinas aguas lleva los triunfos Romanos a las celestes moradas. Constante aquí primavera y en meses en que no cuadra corre el caliente verano; los árboles dan manzanas dos veces, y allende abundan las ovejas y las cabras. No engañan al desgraciado aquí venenosas plantas cuando con poca cautela de la tierra las arranca. No se arrastra en anchos círculos la culebra aquí de escamas, ni en espiral se recoge por región tan dilatada.

Francisco AMARGANT. C. M. P.

ejus sensus intellegendi causa, irriti de-
venerint. Ibi proximus pueri ortus cele-
bratur qui caelestium filius orbem terra-
rum renovabit atque homines a peccato
redimet. Cuinam adeo mirifica omnia
adludere potuerint?

Notant critici hanc datam in anno septingentesimo decimo quarto ab urbe conspicita atque res gestas quas vaticinatur filio illius Pollio tribuunt auctoris pacis, eodem anno peractae ab Antonio atque Octavio. Alii contra meliore sensu quartam eclogam existimant referre Je-
sum futurum Redemptorem.

Nihil tamen opus est dare Vergilium esse prophetam, quoniam per Alexandrinos poëtas, de quibus maximam eclogarum partem deduxit, conscius fieri potuerat de traditione Judaica futuri Redemptoris. Vtcumque est, auctores et veteres et novi sunt qui hanc ultimam sententiam defendunt.

Josephus SIMÓ, C. M. P.

PER ORBEM

Hujus sectionis officium, ut ejus titulus id planum facit, aliud non est quam breviter exponere nuntios praecipuos qui vel in extremis orbis partibus coniigerint. Quosnam tamen? Eos duntaxat, qui progressum studiumque linguae Latinae quodam modo significabunt undique diligenter conlegemus in lucemque prodemus. Überem abs dubio messem in diversis commentariis faciemus. Attamen si pote qui progressum in Latinitate nostrorum sociorum incredibili cupiditate tenemur, ex Seminariis, Conlegiis, Gymnasiis ut chronica brevissime contracta scriptorum, diversarumque rerum, quae linguae Latinae incrementum in illis palefaciant, huc mittantur velimus ad sociorum incitamentum.

Bis millenarius Vergilius annus.

Romae: Sub auspiciis administris Institutionis et Academiae sollemniter memoria bis millennarii Vergilianii mense maio celebrata est. Sollemnia in hebdomadas duas protractae sunt in quibus variis actus habisti atque lectiones operum poëtae Mantuani selectissimae partes. Serius Mantuae apud Vergilius incunabula Arnaldus Musolinus, praesidis Administratorum frater inauguraravit duodecim acras Mantuam circumdantes, in eisque vis arborum magna plantata fuit quae sit Vergilius perpetua recordatio.

Pampelone: In Seminario Schola Declamationis Oratoriae sessionem habuit ad praeperationem commemorationis bis millesimi Vergilius anni. Alumni, duce Blasio Goñi Professore, operam navabant ut sapient scripta literaria vatis dicendique modum, et fragmenta Bucolicorum ac Georgicorum alique Aeneidos praecipua recitatabant.

Urbs quaedam Aeneidos resuscitata: Quidam praeceptor Universitatis Boloniensis nomine Ugolino, civitatem, quae à Vergilio laudata ut videtur, penitus respondet Buthroto, invenit. Cantis poëmatis reapse Aeneam Buthroti statuit quando Troja revertebatur ibique reperit Priami filium, qui post mortem Neoptolinae Andromacae cum Hectoris vidua nupserat alique hujus rei gratia rex terrae devenerat. Buthrotum urbs est quam Aeneas reliquit ut Italiam proficiseretur.

Locus natalis P. Vergili Maronis: Periodicus Gallicus «Le Figaró» inauditum nuntium adferit: Vergilius natus est Bresiae contra Alpes, non in vico «Andico» ut a Probo et ab aliis acceperamus. Hoc adserit Dr. Seymour Conway, Professor in Universitate Manchesteriana, et M. Braunholz ex Universitate Oxfordensi. Has vero nugas rejicit «Convivium», commentarius bimensilis de re literaria, philosophica et historica Italica lingua exaratus, numero quarto 1929, mense Decembri; necnor. «Aevum» in fasciculo tertio anni secundi (1928). Stet ergo illud «Mantua me genuit» et «Vicus Andicus» eciogarum, nunc Pietola et Virgilio nuncupatus.

Codices Vergilianii: Ex qualquier codicibus qui in bibliotheca Vaticana servantur, editus est *Augusteus* (Vat. 3256) in confectionem «Codices e Vaticani selecti phototipice expressi» sub titulo: «Codicis Vaticani qui Augusteus appellantur reliquiae quam similime expresae ad Vergilli natalem MM celebranum, qui erit id. oct. MDCCCCXXX Bibliotheca Vaticana contulit», et promittitur etiam *Palatini* editio (Vat. Pal. 1631) qui continuo in lucem prodibit. Duo reliqui, *Vaticanus* (Vat. 3225) scilicet et *Romanus*

(Vat. 3866), Romae annis 1899 et 1902
editi sunt.

Angelus MUSSOLI, C. M. F.

Bibliographia

Petite Anthologie de Virgile, auctore Henrico Laignoux.

Opus perutile his omnibus qui versionibus uti debent ut Vergillum calleant. Selectiora operis Vergilianii obfert, nitidis et venustis versibus translatâ et pulcris ornata illustratio-nibus.

La pronunciación del Latín, a Francisco Santos Coco, Cathedrati-co Litterarum et Latinae Linguae in Pacis Augustae (Badajoz) Instituto.

Opusculum, 60 paginis comple-tum, totam pronuntiationis classicae theoriam complectitur, quam breviter sed modo perspicuo declarat.

La prononciation du Latin, par Monseigneur Moissenei

Liber iste in Gallica terra nuper prodivit; auctor iamen scientificum opus adstruere non intendit. Ut prima fronte elucet, alium scopum sibi non proposuit nisi Italicum Linguae so-num effugere; rectam autem pronun-ciationem non praecipit.

Temas estilísticos, edidit Italica lingua Prof. G. B. Gandino; in ver-nacula lingua transtulerunt atque aptarunt Patres complures e Societa-te Jesu. Professores, qui undique con-ligere coguntur themata a discipulis vertenda, ea in his fasciculis in promptu habent, adnotacionibus ad res difficiliores additis ut discipuli ad unguem stili cuirioris sermonis Latini versionem pangere valerant.

Franc. X. SURRIBAS, C. M. F.

Responsorium

In hac sectione sociis responsa praebebimus per pittacia (sueltecillos) quam minimis verbis contracta. Quaes-tiones autem, quae longas forsitan expostulabunt disquisitiones, ad alium locum reservabimus.

Rogati jam de quibusdam voca-bulis emissis in plagiis PALAESTRA-B LATINAЕ adnuntiatoriis hodie nego-tium nostrum exordimur.

P. T.—*Int.* In plagiis PALAES-TRAE LATINAЕ adnuntiatoriis *penuarius* dicebatur articulus quem (*de fondo*) vocant Hispani. Velim mihi hujus appellationis rationem reddas.

Resp. *Penuarius* aliter est *pena-rius*; utraque forma est germane Latini et significat id quod ad penus per-tinet. *Penora* dicuntur res necessariae ad victimum cottidienum; locus earum *penarius*. Unde articulus *penuarius* qui agit de rebus ad cottidiandum com-mentarii victimum et locus earum pro-prius est Latinitas.

P. S.—*Int.* Quo tandem jure lati-ne ponitur *pessetae* pro moneta Hispanica *peseta*?

Resp. Eodem nempe quo utuntur Galli ut pro suo *franco* dicant *fran-cus-i*, et Hollandii pro *florín*, *florenum-i*, et Germani pro *marco*, *marca-e* et Yanquilandii pro *dollar*, *dolar-is*. Itali Latinorum vetus libellae nomen pro *lira* significanda sibi proprium adsignarunt.

SENEX

INPRIMI POTEST

Nicolaus García, C. M. F.
Sup. Gralís.

INPRIMATUR

Valentinus, Episc.

P. Em. JOVÉ, C. M. F., Moderator

Typographia F. Camps Calmet. — Tarregae

E l R í o

Todos nos parecemos (1) a las corrientes de las aguas. Por mucho que hagan gala (2) los hombres de las grandes diferencias que los separan (3), todos tienen el mismo (4) origen y este origen es oscuro. Sus años se empujan unos a otros, como ondas, y no (5) cesan de correr (6) sino cuando, después de haber hecho más o menos ruido (7), después de una travesía más o menos larga (8), van a confundirse todos en el abismo (9), donde no se reconocen unos a otros, ni príncipes, ni reyes, ni las demás orgullosas clases (10) en que se distinguen los hombres; no de otro modo que esos anchurosos cuanto presuntuosos ríos, (11) los cuales quedan sin gloria y sin nombre en el inmenso océano, al par que los humildes riachuelos.

(1) *Similem esse*. (2) *Quamvis jacent con acus.*
 (3) *Discrimino.* (4) *Idem no ipse.* (5) *neque.* (6) *infinitivo no gerundo.* (7) *postquam plus minus obstreverint.* (8) *postquam parum aut diu vixerint.* (9) *In eandem voraginem veniunt.* (10) *ordo.* (11) *Eademque arrogantia flumina.*

La volpe, il mulo e il lupo

La volpe andando per un bosco, si trovo un mulo, e non'avea mai più veduti. Ebbe gran paura e fuggì; e così fuggendo, trovò il lupo. Disse come avea trovata una novissima bestia, e non sapea suo nome. Il lupo disse: Andiamovi. Furo giunti a lui. Al lupo parve vieppiù nuova. La volpe il domandò di suo nome. Il mulo rispose: certo io non l'ho bene a mente; ma se tu sai leggere, io l'ho scritto nel piè diritto di dietro. La volpe rispose: lassa ch'io non so leggere; chè molto lo saprei volontieri. Rispose il lupo: Lascia fare a me, che molto lo so ben fare. Il mulo sì li mostró il piè diritto; sicchè li chiovi pareano lettere. Disse il lupo: io non le veggio bene. Rispose il mulo: fatti più presso perocchè sono minute. Il lupo si fece sotto e guardava fiso. Il mulo trasse e diegli un calcio nel capo tale che l'uccise. Allora la volpe se n'andò, e disse: ogni uomo che sa lettera non è savio.

La buena letra⁽¹⁾

Cuentan que un rey de Francia, todavía niño, tenía para (su) educación religiosa y literaria un maestro, obispo, y para la militar otro maestro, general de ejército, poseedor (2) de un endiablado (3) carácter de letra (4). El general escribió al obispo a quien entregaron(2) la carta en presencia del niño rey. Previo el permiso del monarca (6), abrió (7) (su) carta el obispo, y después de (8) contemplarla buen rato (9), hizo varios gestos (10) de aflicción, y puso (11) (tan) compungido (15) semblante como si fuese a llorar (13). Preguntóle el regio discípulo si le había ocurrido alguna desventura (14), y contestó (15) el eclesiástico:

— Señor, no me afijo por mí, sino por la desgracia de V. M. (=vuestra majestad) en tener dos maestros tan torpes: uno, que no sabe escribir, y es el general; otro (16), que no sabe leer, y soy yo (17).

(1) *De litteris recte conformandis.* (2) que hacia.
 (3) *horridus.* (4) *litterae* (5) *reddere.* (6) *data acceptaque a rege venia.* (7) *resignare.* (8) la cual como hubiese. (9) *diu.* (10) *signa dare.* (11) *exhibere.* (12) *dolens.* (13) *instar flentis.* (14) *quidquam infaustum.* (15) *inquit.* (16) *alter... alter.* (17) *me scilicet.*

La Religión Cristiana

Todo el saber(1) humano, comparado con la religión de Jesucristo, es pura ignorancia, necedad y vil escoria. Cuanto (2) grave, prudente, sabio, puro, santo, religioso y digno de admiración y aplauso contienen las obras de los más sabios gentiles (3) y filósofos paganos; cuanto en ellas se recomienda, se aprende y se elogia hasta las nubes (4), todo se encuentra consignado (5) en nuestra santa ley con más pureza, con más rectitud y claridad.

Conocer esta ley es perfecta sabiduría y vivir según ella perfecta virtud.

(1) *Scientia.* (2) *quidquid.* (3) *sapientissimus, in gentibus.* (4) *efferri in caelum laudibus.* (5) *definitus.*





Palaestra Latina

MENSTRUUS DE LATINITATE COMMENTARIUS

MENSE

OCTOBRIS

CERVARIA in HISPANIA prodit
opera et consilio

MISSIONARIORUM FF. IMMACULATI CORDIS
BEATAE MARIAE VIRGINIS

MODERATORE:

R. P. Emmanuele JOVÉ, C. M. F.
Litterarum Latinarum Professore et Par-
siensis SOCIETATIS STUDIORUM
LATINORUM Membro.

ANNO

MCMXXX.

PALAESTRA LATINA in campo bonarum litterarum aus-
picato adparet omnibus pervia.

PALAESTRA LATINA, *Magistros Latinitatis* in suis pagel-
lis ostendet, qui facili calamo linguae Latinae detegent
arcana.

PALAESTRA LATINA, foribus apertis omnes accipiet *Adu-
lescentes* sive ex lyceis, sive ex gymnasiis, sive ex semina-
riis qui ad humanitatem sese conformare studuerit atque
confirmare.

SUBNOTATIONIS SEDES

In ITALIA. — *Roma* (XVI), Via Giulia 131 - Adm. «Commentarium pro Religiosis».

In GALLIA. — *Marsella*, Rue de la Bibliothèque, 20.

In GERMANIA. — *Weissenhorn* (Bayern) Claretinerkolleg.

In CIVITATIBUS CONFOEDERATIS. — *Compton* (Calif.) Dominguez Memorial; Ap. R. 2, Box 790.

In HISPANIA

Madrid - Editorial del Cor. de María, Ap. 8013 Barcelona » » » Arz. Claret, 47 Cervera (Lérida) PALAESTRA LATINA - Universidad
--

SUBNOTATIO ANNUA

Primum subnotatio an- nuae, solutione antelata:	6 pessetarum in HISPANIA. 7 » in AMERICA. 8 » in RELIQUIS CIVITATIBUS.
--	--